

inter Catholicos, qui prætextu zeli et pietatis statum politicum ubique perturbant, et ad democratiam omnia trahunt ut ipsi interim omnia regant.

Responsum S<sup>mi</sup>.

Videbimus quid de his dicat orator Christianissimi, et faciemus quicquid Catholicis prodesse iudicabimus sine religionis aut sedis huius preiudicio.

21. *Vna Nota per il p're Holto e tali confidenti amici à gli quali lui trouerà buono de comunicarla.\**

Le cause principali di questo mio viaggio sono de assettarsi con sua Santità et il P're generale tutti tali punti che si uederanno necessarij per il sostento degli seminarij de Spagna, Fiandra et Italia, et de gli missionarij de la società in Inghilt<sup>a</sup>, et però tutto quello che si presenterà a uoi intorno à quelli punti, cioè delle facultà, gouerno, priuilegij, e sostento, ò cose simili, io ui pregho et gli altri amici, di auuisarmi con tutta la breuità possibile, perche l' intentione mia ò de procurare che io no mene resti in Italia seno il manco che sia possibile io hò promesso in Spagna, et per diuersi ragioni serà molto necessario.

S' io posso ancora far' qualche opera bona nel co'porsi et accordarsi le con'uersie del Sem<sup>rio</sup> Inglese Romano, et delle differenze trà gl' altri della nat<sup>ne</sup> n'ra altroue, farò il meglio che posso, al manco spero di far' intendere à S.S<sup>ta</sup> et all' altre persone principali, il fundamento et le uere cause di queste controuersie. 54, f. 144.

Intorno alle cose del stato d' Inghilt<sup>a</sup> io intendo de mostrare al Papa come se ne stanno, e quanto sia necessario che sua S<sup>ta</sup> si ne

\* Tierney printed another abstract of this letter, dated correctly *March 15*, from the Italian in Parsons' own handwriting; and Plowden published an English translation in his *Berington's Panzani*, p. 350. Parsons himself printed a great part of it in English in his *Manifestation*, prudently omitting here, however, the passage about the Infanta. Tierney remarks that in the following July Parsons wrote to Juan d'Idiaquez that he had had an audience of the Pope, who "appeared as warm in the cause of the Infanta as could be desired" (iii. lvii–lix).

pensa da uero di quel neg<sup>o</sup> con breuità affin che dopò la mortè della Reg<sup>a</sup> d' Inghilt<sup>a</sup> non sene uenga à mani, peggiori gli pericoli, e danni inevitabili che seguiteranno si qualche si uoglia Principe heretico preuale: Che gli Cattolici Inglesi desiderano solamente un Catt<sup>co</sup> Rè senza rispetto che sia Inglese, Scozzeze, ò Spagnolo; il che in questo dipende principalmente di sua Santità, che il Padre Personio no è inimico del Rè di Scotia ò agente per il Rè di Spagna come alcuni hanno informati, mostrando per il primo gli buoni officij che il P<sup>re</sup> Personio hà fatto per il Rè di Scotia per molti anni mentre che si era speranza che diuentasse Catholico.

Et per il secondo mostrando per il testimonio del Nuntio de Madrid (il quale hà scritto efficacemente à questo fine) che il P. Personio ha tuttauia persuaso al Rè, et à gli ministri suoi, che nõ conuiene che sua Ma<sup>ta</sup> pretende Inghilt<sup>a</sup> per lui, et che il P. Personio hà impetrato del Rè di Spagna una promessa assoluta de cio fare intorno à quel punto, il Nuntio hà visto gli discorsi, et è stato fatto consapeuole delle Conferenze et ragionamenti che il P. Personio hà fatto de giorno in giorno à quel fine.

In fine questa deue ser la conclusione che la sola strada è, che S. S<sup>ta</sup> s' accordasse con il Rè di Spagna de qualche compositione ragioneuole per qualche persona che serà capace, e che starà bene, 54, f. 144b. per Sua Sanc<sup>ta</sup>, sua Maestà Catt<sup>ca</sup>, Inglesi, e Scozzezi, il Rè di Nauarra, denemarca e tutti gli altri. Ma che sarà questa persona ò persone l' intentione del Padre Personio è di lasciar' à pensare à S. S<sup>ta</sup> e de rompere la testa sua per qualche tempo.

Però al parere mio no sene troua altra compositione più profitabile, probabile, et factibile, che la Infanta con il Principe Cardinale,\* mà si uoi altri gli buoni amici nostri siate di un' altro parere, e possiate proporre gli mezzi, di gracia mettete gli per iscritto, perche mi rallegrerò de sentirne et accommodarmi à uoi altri ancora; perche in quest' altro uoglio andar pianpiano fin tanto che habbia uostra risposta, et ricordarsi che in questo non si hà da mirare solamente quello che sia conforme à i nostri desiderij et appetiti,

\* Parsons' own copy underlines "*signora infanta maritata al principe cardinale.*"

mà quelle trè conditioni inanzi specificate de profitto, probabilita, et factibilita, tanto de preualersi e guadagnar, quanto di defendere, sentare, e continuarsi dipoi, et questo è tutto quello che in questo punto io posso dire, et anzi basciando di cuore gli mani a tutti, ui dico àdio, desiderando in questi negotij tutta la secretezza possibile come uedete che sia necessaria: Il n'ro S<sup>or</sup> Jesus resti sempre con voi altri. di Genoua à gli 15. di maggio [*sic*] 1597.

Vostro sempre, la mano del quale conoscete.

Has esse P'ris Personij literas dum ex Hispania Romam uenit et [jam eas] propria sua manu conscriptas habemus in Vrbe tres uiros fidedignos qui confirmabunt tanquam oculati testes.

54, f. 145.

2<sup>o</sup>. Habemus Prototypon in Gallijs manu sua propria conscriptum.

3<sup>o</sup>. Argumento sunt illum hoc animo Romam uenisse anno 1597. et hec in itinere scripsisse, liber quem de Successione scripsit cuius conclusio eadem est quæ harum literarum pro Infantæ cum Cardinale [matrimonio], subscriptiones quas ab alumnis collegiorum in hunc finem exegit; instructiones quas sacerdotibus in Angliam missis sibi que confidentibus de Infantæ titulo promouendo dedit, vnde merito suspecta possunt esse omnia quæ de Archipresb'ro promouendo et defendendo tam acriter hactenus egit tanquam qui abuti uoluerit Pont<sup>is</sup> pijssima intentione ad factionem hispanicam in Anglia stabiliendam.

In his literis Patris Personij multa sunt notatu digna; illud uero precipuè examinandum censemus: quod olim hanc esse uiam statuit ad conuertendam Angliam, nimirum ut sua Sanc<sup>tas</sup> cum Rege Catt<sup>co</sup> conueniat de compositione aliqua facienda cum successore aliquo idoneo qui æque gratus uideatur Pontifici, Regi Cattolico, Anglis et Scotis Catholicis, Regi Nauarræ, Danemarçæ, et reliquis omnibus.

Hanc autem personam esse Infantam cum Cardinale tam hic quam in libro suo de Successione concludit propter utilitatem, probabilitatem et factibilitatem, ut ipsius uerbis utamur.

54, f. 145b.

Et primo notandum est Suæ Sanctitati magnam factam esse iniuriam quod biennio post absolutionem datam Regi Christ<sup>mo</sup> dedignatur nomen Regis Galliæ, sed Nauarræ solum in contemptum, ut prius solebat, quod ipsum in Anglia alius Jesuita, qui nihil preterquamquod Patri Personio placuerit loqui audet, apertius promulgauit, hereticum eum et peiorem heretico appellans, Papamque in eius absolutione male fuisse informatum et a Theologo suo delusum affirmans, cuius rei testes habemus sacerdotes suos; et quorsum hæc tendant et unde motus hæc dixerit relinquimus iudicio Ill<sup>mæ</sup> D. V.

#### De Vtilitate.

Mirum est Infantam et Cardinalem qui in Belgia à Regni Prouincijs et Principibus aluntur, qui sumptus belli non possunt sustinere nisi continuis exactionibus, impositionibus et contributionibus populi, quomodo possint Regno Angliæ tantum afferre commoditatis ut utilius nihil excogitari possit.

#### De Probabilitate.

Non est probabile Infantam quæ patrimonium suum in Belgia uix potest à turba quadam rebelli et factiosa subditorum suorum defendere posse illud regnum alienum subiugare, tot externis, et internis competitoribus emulis et inimicis undique imminentibus.

#### De Factibilitate.

54, f. 146.

Nisi externo et alieno milite rem agat Infanta in Anglia, nisi post prostratos inimicos, non est quod de Catholicorum presumat aut potentia aut beneuolentia qui nec adeo sunt potentes, ut solet male informare Pater Personius, nec tam benè affecti in Hispanos ut uelint pro eis periclitari.

Sunt enim in Anglia professi notique ut Catholici 30,000. plus minus, et ex eis pars maior feminarum, puerorum, seruulorum, pauci admodum primarij viri, ex nobilitate uix duo paria, et hi non omnes in Hispaniam affecti.

Solet autem Pater Personius fortassis numerum Catholicorum ad 10,000 [100,000 ?] extendere, affectionem, et zelum in His-

paniam predicare, suoque nutu et arbitrato regi, ut maiorem habeat cum sua sanctitate et rege Cattolico auctoritatem, fictis et simulatis literis et relationibus insinuare.

Cum in Anglia Infanta semper hereticos habeat infestissimos, et Catholicos paucos et tepidos, et à tergo Regem Scotiae qui ius suum vindicare conabitur, et à fronte Regem Christianissimum qui nullo modo uicinitatem illam ferre persuaderi potest, et à latere Hollandos et Danos mari potentissimos, et nulli[bi] amicos aut confederatos aliquos, nisi quos pecuniae vi ex remotissimis regionibus uocauerit, nescio quid in mentem uenerit cordatis Principibus tam uana spe huc usque decipi, et de medio tam impossibili tanquam de solo et unico Angliae medicamento cogitare.

22. *Vera brevisque Declaratio Status et Conditionis Catholicorum in Anglia ab anno Dñi 1587 vsque ad hodiernum diem.* 54, f. 146b.

1<sup>mo</sup> In tota Insula nulla est Ecclesia, nullum sacellum, locus nullus ubi Catholici aut publicè aut priuatim possint aut sacro interesse aut alia frequentare sacramenta ad salutem animarum necessaria.

2<sup>o</sup>. Qui hereticorum conciones et conuenticula frequentare recusent, singulis annis 660. aureos fisco persoluunt, quod si non sint soluendo, in carceres conijciuntur.

3<sup>o</sup>. Pena Capitis est Ecclesiae Romanae reconciliari, peccata confiteri, à peccatis absolui.

4<sup>o</sup>. Pena Capitis est sacerdotem hospitio recipere, auxilio, consilio, aut re iuuare.

5<sup>o</sup>. Pena Capitis est sacerdotem, si cognoueris, illico magistratui non manifestare.

6<sup>o</sup>. Nemo est alicuius notae Catholicus quin in Custodia aliqua teneatur, hi in arctiori, illi in laxiori.

7<sup>o</sup>. Nemo Catholicorum aut arma domi habere aut officio in republica frui potest.